



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLI. ad annum CCCCLXXV.

Parisiis, 1644

XXIV. Epistola Qvorvmdam Episcoporvm Ægyptia Cæ Dioecesis Pro Timotheo nefando archiepiscopo Alexandrinæ ecclesiæ, ad Leonem imperatorem Augustum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14887

cum post mortem sanctæ memorie archiepiscopi nostri Proterii tantam rabiem contra eum & vesaniam demonstrauerit, ut etiam pontificalem sedem, in qua ille sedidit, igne cremaret, & de venerabili diptycho eius nomen auferret, & qui ab eo fuerant ordinati, ecclesiasticum & sacerdotale ministerium celebrare prohiberet, eiusque generis proximos valde persequeretur; substantiam quoque eius, quam a parentibus habuerat, deuastaret: quomodo manifestus non est, quia cædem contra eum ipse commisit, rebus ipsis voluntatem Timothei valde pandentibus, & quemadmodum esse vesanus apparuit contra memoriam illius qui beate defunctus est? Supplicamus igitur, ut nulla subreptio apud * angelum vestram sanctitatis obtineat per eos qui pro eo sermonem videntur efficere, sed res ipsas inspicite, quia non solum aduersus viuum infestus extitit, sed etiam contra defunctum: & sanctis regulis placitam contra eum formam dare dignemini.

XXIV.

EPISTOLA QVORVM DAM EPISCOPORVM
ÆGYPTIACÆ DIOCESIS PRO TIMOTHEO
nefando archiepiscopo Alexandrinæ ecclesie,
ad Leonem imperatorem Augustum.

Piissimo d^r Christianissimo imperatori orthodoxo Leoni, videri triumphatori, semper Augusto, episcopi d^r clerici Ægyptiacæ diœcesis ab archiepiscopo Timotheo Aeluro destinati.

^{1. Petr. 3.} SCRIPTVM est, omni poscenti rationem esse reddendum de spe qua in nobis est, atque multo magis pūllimo & Christianissimo principi. Nos itaque sanctissimi & Dei amantissimi patris nostri & archiepiscopi Timothei literas tranquillitatibus vestram detulimus, gratiarum actione plenissimas, & quod Alexandrinorum magna ciuitas, auspice Deo, sub vestram pietatis imperio pacem habeat, & cum quiete multa tam ipsa ciuitas, quam sanctissimæ ecclesie & venerabilia monasteria gubernentur. Quia vero necessarie visum est, etiam spem nostram & fidem breuiter vestram mansuetudini declarare; suggerimus, nos trecentorum decem & octo sanctorum patrum qui in Nicæna ciuitate collecti sunt, & per sanctum Spiritum

ANNO
 CHRISTI
 451.
 sunt locuti, symbolum atque fidem tenere & custodire,
 & neque augmentum aliquod, nec imminutionem reci-
 pere. Ea namque quæ a sancto Spiritu dicta atque con-
 scripta sunt, fas non est aliquo modo retractari, nec aug-
 mentum aliquod, nec imminutionem eis inferre, sicut
 scriptum est: *Noli transponere terminos aeternos, quos posue-* PROPH. 23.
runt patres tui: quando neque interpretatione eget præ-
 dictorum sanctorum patrum fidei symbolum, cum per
 se interpretatum sit, & clare prædicet mysteria pietatis.
 Hanc ergo fidem firme & inconcussa atque immobiliter
 detinemus. Hæc ad satisfactionem perfectam mansue-
 tudini tua suggerimus, & ita credimus tam nos, quam
 Dei amantissimus archiepiscopus noster Timotheus. Hoc
 autem manifestum tuæ facimus pietati de prædicto archi-
 episcopo nostro Timotheo, quia confidens de tua pietate,
 eidem symbolo trecentorum decem & octo sanctorum
 patrum, in quo baptizati estis, bonamque confessio-
 nem confessi, credere, & in eo persistere, & spem salutis
 habere. Et communicauit tuæ pietati, & confitetur se or-
 thodoxum, ita sapientem atque credentem, ut etiam col-
 lectas & sine sanguine sacrificia celebret pro vestra poten-
 tia. *Quia vero satisfecimus præcepto vestræ tranquillitatis,*
 suppliciter exoramus, vt annuatis precibus nostris, &
 Dei amantissimo & sanctissimo archiepiscopo nostro re-
 scribatis, & nos ad eius sanctitatem protinus dirigatis.
 Speramus enim, quoniam Deus qui tuæ serenitati pium
 hoc donauit imperium, pacemque in Alexandrina ciu-
 tate dispensare dignatus est, vestrum corroborabit amplius
 principatum, maioremque pacem donabit cuncto
 terrarum orbi & sanctis ecclesiis. *Quia vero vestra pietas*
 imperauit, quemadmodum de Synodis sapiamus, no-
 stram sententiam facimus manifestam, quoniam commu-
 nicat ecclesia Synodis in Epheso celebratis. Synodus
 vero centum quinquaginta nescimus: nouimus autem,
 quia beati patres nostri & archiepiscopi post Concilium*,
 atque in Constantinopolitana ecclesia congregati sunt.
 Synodus enim Calchedonensem ecclesia maximæ ciu-
 tatis Alexandrinæ non suscepit. *****

Concil. Tom. 9.

Nn ij